



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 16. Protestantium postulata in Hungaria circa sectæ suce exercitium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

ficare, & a civico nexu liberare jussus Sæc. XVIII.
 fuerit, facta autem compositione Senatus A. C. 1741.
 hanc domum emerit, & pro Legatione Cæsarea aliam Domum & Sacellum salvo tamen nexu civico assignarit; nunc ergo extincto Domus Austriacæ masculino stemmate Senatus has ædes rursus sibi vendicandi jus habeat &c. Verum quæcunque demum verosimilia Hamburgenses ad excusandum hoc facinus excogitabant, nunquam tamen debitæ reverentiæ defectum, fidei odium, & intolerantiæ vitium satis a se amovere poterant.

§. XVI.

*Protestantium postulata in Hungaria
 circa sectæ suæ exercitium.*

Postquam Maria Theresia Hungariæ Regina ab omnibus Regni Provinciis pro legitima hærede ac Regina fuerat agnita, a Regni Proceribus ad decimam quartam Maji diem hujus anni comitia indicebantur, in quibus pro veteri more Pofonii Regum electio & postmodum coronatio fieri consueverat. Præstituta ergo die, absente Primate & Palatino Joannes Comes de Palfy utpote Judex Curiae, necnon Colossensis Archiepiscopus in Cathedrali ad S. Martinum convenerant, ubi re Divina solemniter

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

lemni ritu peracta die decima nona sequenti conclusum, præprimis Palatinum ex Hungara Natione esse eligendum, Lotharingæ Ducem tanquam Con-Regentem, non autem tanquam Regni Palatinum agnoscendum, ac demum Reginam ad proximam coronationem ab omnibus (*) quatuor Regibus esse invitandam. Hoc negotium committebatur triginta quatuor primæ Nobilitatis Proceribus, qui Præsidente Comite de Erdoedi Episcopo Erlavienensi vigesima septima Maji Viennæ Regiam ad sui coronationem venire rogabant, simulque nomine omnium statuerunt, I. Ut Palatini natione Hungari dignitas juxta decretum Regis Matthiæ de anno 1485. resuscitaretur. II. ut Regni jura & libertates confirmarentur, & confirmatio Capitulationis proponendæ inferatur, III. ut tantum in Hungaria quam in acquisitis Provinciis in Sclavonia, Servia & Temesvaria inchoaretur civile regimen militari non admittatur. IV. Hungari æque ac Austriaci ad arcana Aulæ negotia admittantur & Regina impostero in suis statibus pacem cum Turcis non ineat. V. litum

(*) Nempe Prælati, Regni Barones, Magnates, Status Equestris, & liberorum Ordinum Deputati.

litum stipendia, & transmigrationis ex Sæc. XVIII.
 pensæ deinceps non per bellici Senatus A. C. 1741.
 Commissarios, sed per Hungaros sol-
 vantur. VI. Ad Hungaricam Cancel-
 lariam, quæ cum ceteris Cancel'ariis
 pari jure gaudeat, necnon ad Regni
 dignitates, Gubernatorum munia, ad
 teloniorum, steurarum &c. administra-
 tionem nonnisi Hungari admittantur.
 VII. Ut Hungaris integrum sit, suas
 merces sine extraordinario tributo in
 Austriam & Styriam evehere, nec Hun-
 gari ultra pro mercibus in Regnum in-
 vehendis tertium nummum solvere te-
 neantur, sublatoque monopolio boves
 in regno emere Venetis liceat. VIII.
 Nobilitas ab omnibus gravaminibus li-
 bera sit, & quæ a quovis Regni Comi-
 tatu solvenda sunt, ad debitam cujusvis
 status proportionem revocentur. IX.
 Omnia Ecclesiarum Catholicarum be-
 neficia & munia indigenis conferantur,
 & decreta in favorem Protestantium
 facta executioni mandentur.

Perceptis hisce postulatis Regina
 pollicita est, se ad vigesimam quin-
 tam Junii diem coronationi præfixam
 Posonium venturam, & tum unum ex
 Hungaris Magnatibus in Palatinum no-
 minaturam: circa ceteros vero articu-
 los cum Regni Cancellario Comite de
 Ba-

Sæc. XVIII. Bathiany deliberare, ac demum in co-
A. C. 1741. mitiis, quod æquum erit, decernere
 paratam esse.

Priusquam vero Regina Posonium venerat, Protestantes Hungariis, que in eorum favorem Catholici petebant, nondum contenti, particulariter decem Deputatos Viennam decrevere, pollicentes, ut regia privilegia eis circumferentium sectæ exercitium benigne inducta confirmarentur, & gravamina, que per tribus abhinc annis illata fingebant, penitus abolerentur. Attamen Regina quamvis temporum calamitate jam ampliora, quam ejus pietas, ac religio permittere videretur, illis concessa adacta fuisset, nihilominus pro sua sua Clementia Deputatis significari fecit, ut responsum ab Hungarici Regis Cancellario perciperent, qui eis etiam declaravit, standum esse ordinationibus quas Imperator pie defunctus tanquam Hungariæ Rex annis 1731. & 1739. propter eorum gravamina edidisset. Perdimissis hisce Deputatis Regina unacum Marito suo, ejusque Fratre Carolo Lotharingo die decima nona Junii Vienna Posonium contendit, ubi a regni Episcopis & Prælatibus ac præcipua Nobilitate solemnem pompam excepta fuit. Ad primum obtutum Esterhasius de Galantha

Archiepiscopus Strigonensis Hungariæ Sæc. XVIII.
 Primas Reginam oratione latina salu- A. C. 1741.
 tabat, cui vicissim illa clementissime re-
 spondit. Altera autem die præsentibus
 Regni Ordinibus, comitiis datum est
 initium habito per Cancellarium ser-
 mone, quem Regina latina oratione ad-
 modum facunda & nitida prosequeba-
 tur, pollicita, se non tam Reginam
 quam Matrem fore, discussisque pe-
 stulatis gravamina sublaturam. Die
 22. ejusdem Mensis Ordines electo
 ad Reginæ nominationem Joanne Pal-
 syo Regni Palatino, præparatisque ad
 coronationem insignibus, de ipsa hac so-
 lemmitate egerunt; tum vero levis con-
 tentio de jure coronandi inter Strigo-
 nensem Archiepiscopum & Episcopum
 Vesprimiensem exorta est, quæ tamen
 in prioris favorem decisa fuit, eo quod
 Reginas ex *Nobilium* genere assumptas
 coronandi jus antiquum Vesprimiensi
 competeret, ipsa vero Maria Theresia
 ipso nativitatis jure *Regina* ac suprema
 Princeps non ab alio quam a Regni Pri-
 mate coronanda esset. Illa ergo die
 vigesima quinta Junii, quæ erat Domi-
 nica, consueta pompa a Strigoniensi
 Archiepiscopo fuit Hungarico diade-
 mate redimita: præstito dein fidelitatis
 homagio, & persoluto centum floreno-
 rum millium dono Regni status sua po-
Hist. Eccles. Tom. LXXVII. D d stu-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Requiritur confirmari rursus petebant quibus tamen responsum: Regnam postulata, quæ ad comitiorum initium essent proposita, concedere, circa illis vero articulos, qui postmodum fuissent additi, cum ex iis non pauci regibus ac regni legibus adversari videntur, Regnam cuncta præstituram, sine coronæ & dignitatis suæ præstatio facere posset, nunc tanti momenti rebus rite expediendis tempus deest in proximis vero comitiis hoc negotium ad cunctorum vota fore absolvendum.

Hæc cum Posonii agerentur, negotium est, Gallos & Bavaros in superiorem Austriam irrupisse; die igitur decima Septembris convocatis Regibus Ordinibus Regina pereleganti sermone latino summum sui Imperii, sui Filii totiusque suæ Domus periculum exposuit, eisque Josephum Filiolum suum in Hungarici Regni spem natum, in Hungarica veste indutum monstravit, ut fortis hæc Natio, si non Regnam saltem Regem suum contra potentissimos hostes strenue defenderet. In hac prolocuta erat Regina, cum inter generosus senex Joannes Comes de Bosny, quem Regina suum Parentem reverentia care solita erat, Josephum Filiolum in suas ulnas excipiens exclamaret,

Rex noster! ad hanc vocem omnes Re- Sæc. XVIII.
gni Ordines evaginato acinace se fan- A. C. 1741.
guinem & vitam pro Majestate sua pro-
fundere paratos esse contestabantur, &
contractis ex populo triginta armatorum
millibus, jam Mense Octobri quindecies
mille Nobiles, qui propriis mererentur
stipendiis, ad Posonium castra meta-
bantur. Insuper Ordo quoque Eccle-
siasticus ad ferendas belli expensas solli-
citabatur; ast ille respondit, Hungariæ
Clerum in Turcicis duntaxat bellis de-
cimam partem conferre, & quidem in iis
solum, ubi Religionis defendendæ ne-
cessitas urgeret, neque sibi integrum
esse, absque Sedis Apostolicæ indulto
in petita consentire: nihilo tamen mi-
nus uterque Clerus non quidem ex lege
sibi imposta, sed ex ultronea liberali-
tate amplissimis omnisque generis sub-
sidiis largiter concurrebat.

§. XVII.

*Alexander Saulius Beatorum Albo a
Benedicto XIV. Papa insertus.*

Inter Pastoralis officii sui curas Bene-
dictus XIV. primam ac potissimam
habuit, ut Christi fideles ad perfectio-
rem Dei cultum propositis novis virtu-
tum exemplis excitaret: ad id vero pro
præsentis temporum vicissitudine nil ma-
gis